

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romæ, 1925

De S. Demetriano Antiochiae Episcopo

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](#)

A

DE S. DEMETRIANO

C. AN. 260

D

ANTIOCHIAE EPISCOPO

P. P.

§ I. S. Demetriani memoria in ecclesia graeca.

Demetrianum Antiochiae episcopum memorant martyrologium hieronymianum

Quantum perspici potest e corruptissima nominum serie quae ad diem 10 novembris annuntiant exempla hieronymiana, videtur in archetypo existisse laterculus conceptus in haec verba: Antiochiae Demetrii episcopi, Amesi diaconi, Eustochii et sociorum eius... (1). Utrum autem hoc formula designetur proprio dictum agmen martyrum, an contra singula nomina inter se et cum Antiochiae nomine casu fortuito conexa sint, certe dijudicari non potest. Attamen satis probabiliter B videtur Demetrii nomen cum Antiochia coniungendum esse; quamquam idem fortasse Demetrius in alio coetu et loco iam occurrit ad diem 9 novembris et infra rursus emerget ad dies 14, 20 et 21 novembris (2).

et Edesse-
num,

se- 2. Demetrium aliquem presbyterum et martyrem
memorat ad diem 14 novembris vetustissimum epitole
me syriaca martyrologii orientalis, in mentione
quae via seorsim intellegi potest. Mentionis contextus
eius modi est (3): **መስቀል የሚከተሉ ስም**

Et (die) decimo tertio Perinthi 1
<...> et ² Hedisti presbyteri. Et die decimo quarto in eadem urbe Theodotus et Demetrius presbyteri martyres. Et die decimo quinto Antiochiae Secundus et Orentis martyres ex antiquis... *Huius loci fontem argutis et coniecturis indagari posse non confidimus. Sed qui tria ista elegia cum nominum farragine contulerit,*
C *quae ad eosdem dies in hieronymianis exhibetur, is prope adiget ut credat ab interprete syro neglegenter et insicte contractum fuisse graecum indicem multo pleniorum, cuius totam compaginem solverit ac permiscuerit (4). Itaque facile accidere potuit ut qui nunc appellatur Demetrius presbyter et martyr Perinthi in urbe Thraciae, Demetrium Antiochiae episcopum loco et nomine spoliaret. Attamen donec ex ipsa codicum littera hic error*

¹ *Pedinthos* cod.; cf. ad diem 29 septembrios: *αφδίνθος*, *aphdinthos*. — ² Delenda coniunctio

demonstrabitur, martyrologii syriaci testimonium ad praesentem quaestionem nihil confert.

3. In eodem antiquissimo codice Musei Brittanici Add. 12 150 unde syriaca illa epitome martyrologii orientalis eruta fuit, eodem anno 411/412 descripta est oratio panegyrica de martyribus, e greco sermone in syriacum conversa, quam ex elenco Ebediesu Nisibeni nomine Eusebii Cae-sariensis inscribendam sibi persuasit Benjamin Harris Cowper (5). Hanc tamen non ab Eusebio compositam fuisse ostendit vel sola breviloquenter sermonis, etiamsi haec laus ipsi scriptori dividenda sit cum interprete syro, qui projecto multa resecul, superflue et non superflua. In hoc igitur encomio, postquam de laudibus martyrum generali dixit, orator paulo ante conclusionem sanctos aliquot nominatim evocat in hunc modum (6) :

4. Nostrum non est inquirere quo delectu vel consilio sancti illi p[ro]ae celeris omnibus hic exfolli videantur (10). Ad praesentem quæstiōnēm haec notas satis erit. Asclepiades, Sarapiōn, Philetus, Zebinas, Cyrillus et Babylas nomina sunt ex antiquissima serie episcoporum Antiochiae (11). Pro sed a scripto
terre Antiocheni
composita

nisi nomen deest ante *Hedistum*.

(1) *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [141]. — (2) *Ibid.*, pp. [143], [145]. — (3) *Act. SS.*, t. c., p. LXII-lxiii; F. Nau, *Un martyrologue et douze ménologes syriaques*, in *Patrologia Orientalis*, t. X, (1912), p. 22. — (4) Cf. S. Démétrianus évêque d'Antioche? in *Anal. Boll.*, t. XLII, p. 289-90. — (5) *The Journal of Sacred Literature*, ser. alt., t. V (1864), p. 403-404. — (6) Loc. c., p. 408. Codicem a nobis rogatus officiosissime contulit v. d. J. Leeven. — (7) Monstrum non nomen. Cautissime quidem conicerim errore sive librarii sive ipsius interpretis coaluisse nomina SS. *Antonii* et *Zebinae*, martyrum Palaestinensis, quorum festum celebrabatur die 13 vel 12 novembris. De his Eusebius, *Mart. Palaest.*, c. 9; *BHG*,

20 ; *BHO*, 65 ; *Synax. Eccl. CP.*, pp. 221, 217. — (8) *Ita clementis vertendum. Homo de genere nostro, qui dignus est habitus, ut videtur intellectus B. Harris Cowper (*Journal of Sacred Literature*, t. VI, 1865, p. 133), in textu syriaco non legitur. — (9) B. H. Cowper, l. c. : *ex ea, quasi legisset ḥwā*. Utcumque viitata oratio restituenda est, constat hoc loco significari hominem qui esset de gente et patria Christi. Foris tantellegatur Paulus, martyris item Palæstinensis, quem Eusebius ortum refert ex Iamnia Galilæae. De hoc, *BHO*, 918. — (10) Vide H. DELEHAYE, *Les origines du culte des martyrs* (Bruxelles, 1912), p. 225-27. — (11) DELEHAYE, loc. c., p. 225 ; cf. A. HARNACK, *Die Chronico-historische Entwicklung des Christentums* (Flavianio*

A Flaviano satis probabiliter potest Fabianus, qui S. Babylae in eadem sede Antiochena successit. Demetriani autem, de quo nunc querimus, nomen cum Demetrio passim commutatur. Marinus et Fronto duo martyres sunt qui Antiochiae una colebant die 16 novembri. Projecto non lusi quodam memoriam adductus est orator ut in brevi conspectu totius curiae sanctorum tot Antiochenes primo ordine collocaret. Iste igitur ad eos verba faciebat quibus illorum gloria maxime cordi erat. Quod si ita est, enumeratio qualis existat, certe mutilata fuit. Quis enim Antiochenis ecclesiae decora recensens S. Ignatium praetermis erit? Sed haec alii viderint; nobis refinendum est ante annum 412 Antiochiae viguisse memoriam Demetrii cuiusdam, qui in serie sanctorum episcoporum recoleretur.

*et syriace
contractius
redita;*

*calendaria
coenobii
Genneſre.*

B guidem, qui anno circiter 675, ante oculos Iacobi Edesseni episcopi, sin minus eius ipsius manu descriptus est, sic legimus (2): Die vicesimo tressin posterioris (commemoratio) sancti Domètrini episcopi et Honorii regis. In codice autem Add. 14 504, qui iam exaratus erat ineunte saeculo decimo (3), eadem mentio hac forma emendatissima expressa est (4):

(Tresin posterioris die) X: Demetriani episcopi et religiosissimi regis Honorii. Ad utrum vero diem, decimum an vicesimum, hic laterculus perfineat nullus est ambigendi locus; nam Honorius imperator a Syris monophysitis recobulatur die decimo novembri. Constat igitur de die. Neque minus evidens est Demetrianum qui hic annuntiatur eundem esse qui in hieronymianis legitur Demetrius episcopus Antiochiae, et hic, ut alias, in calendarium influxisse rivalum quandam ex eodem Antiocheni fonte cuius latices in martyrologium hieronymianum hac et illac permanarunt.

*Testimo-
nia Dio-
nysii Ale-
xandrinii,*

C 6. De Demetriano episcopo Antiochiae e documentis graecis latinisque per pauca nobis tradita sunt. Excerpta fuit ab Eusebio Dionysii Alexandrini epistula ad Cornelium papam, in qua refert se ab Heleno episcopo Tarsi in Cilicia, Firmiliano episcopo Cappadociae, Theocrito episcopo Palæstinae aliisque invitatum fuisse ad synodum quae Antiochiae habenda erat, ubi Novati associæ invalerant. Tum subdit: Φάσιον μὲν κεχωμῆσθαι, Αημητριανὸν δὲ διάδοχον ἔκεινον τῆς κατ' Ἀρ-τιόχειαν ἐπιστοῦτος καθεστάναι (5). Itaque iam

electus fuerat Demetrianus ante mensem iunium anni 253, in quo S. Cornelius papa martyr occubuit (6). Idem Dionysius ad Stephanum papam scribens Demetrianum primo loco nominat inter episcopos qui pacem redintegrarunt a Novato turbatam, cuius sectas Fabius Antiochenensis nimis faverat (7). Unde, neque immerito, concludit Harnack Demetrianum praefuisse synodo illi Antiocheni ad quam Dionysius Alexandrinus invitatus fuerat (8). Tandem laudatur Demetrianus a patribus alterius synodi Antiochenensis, in qua Paulus Samosatenus eius successor ex ecclesia electus fuit: qui in epistola synodica postquam indignum episcopum sede sua se expulisse rettulerunt, huic suffictum a se denuntiant τὸν τοῦ μαζαρίου Δημητριανὸν καὶ ἐπιφανῶς προστάτος πρὸ τούτου τῆς αὐτῆς παροιάς νιὸν Λάμπον, ἀπαντούσιον ἐπέπονον ἐπιστότῳ καλοῖς κεχωμημένον (9).

AUCTORE
P. P.

*synodi An-
tiochenensis,*

7. In Chronico Eusebii, olympiadis CCLVIII anno primo, Galli et Volusiani secundo, a nativitate igitur Christi an. 253 (10), haec mentio occurrit: Antiochiae XIIIII constitutus episcopus Demetrianus (11). Olympiadis vero CCLX anno primo, Valeriani et Gallieni anno septimo, sive Christi 261, electus referetur Demetri successor, his verbis: Antiochiae XV constitutus episcopus Paulus Samosatenus (12). Quae nota si ex com muni interpretandi regula intellegitur, is posterior annus est in quo Demetrianus obiit, nono episcopatus anno. Sed ex modo dicendis patebit accidere potuisse ut inter Demetriani mortem et accessionem Pauli Samosateni ad sedem Antiochenensem longiusculum etiam temporis interval lum efflueret. Neque praeiudicata erroris suspicione notanda est chronographia Nicephori patriarchæ, ubi in serie episcoporum Antiochenium, decimo quarto loco legitur: Δημητριανός · ἐπη δ' (13).

Eusebi,

E

Nicephori.

In
chronico
Seertensi
legitur

§ II. S. Demetriani memoria apud Orientales.

8. Inexpectato neque tamen incredibili casu, Demetriani memoria, quae apud scriptores occidentales propemodum evanuit, in litteris orientalibus nuper ad lucem emersit. Omissa parumper libello arabico levioris auctoritatis, qui fidem aliunde mutuari debet, primo loco proferendum est testimonium quod multo maiore consideratione dignum est. Nempe anno 1907 a b. m. Addaeo Scher, chaldaeo, archiepiscopo ecclesiae Seerl in Cordue ne (14), edita est e codice bibliothecae patriarchali Chaldaeorum Mausiliensi prima pars historiae ecclesiasticae arabico item sermone, a nestoriano quodam compilatore e graecis syriacisque fontibus collectae (15). Codicis 18 circiter prima fo-

nologie der altchristlichen Litteratur bis Eusebius, t. I (Leipzig, 1897), p. 212 et seq. — (1) De quo Anal. Böll., t. XLII, p. 78. — (2) Ed. F. NAU, Un martyrologe et douze ménologes syriaques, in Patrologia Orientalis, t. X (1912), p. 35. — (3) Anal. Böll., t. c. p. 79; cf. supra, p. 8. — (4) Ed. F. NAU, op. c., Patrologia Orientalis, loc. c., p. 47. — (5) Historia ecclesiastica, VI, 46, ed. SCHWARTZ, p. 628. — (6) HARNACK, Chronologie, t. I, 1, p. 215. — (7) EUSEBI Hist. eccl. VII, 29, SCHWARTZ, p. 704. — (8) Chronologie, I, c. — (9) EUSEBI Hist. eccl. VII, 30, 17, SCHWARTZ, p. 712. — (10) Vide F. K. GINZEL, Novembri Tomus IV.

Handbuch der mathematischen und technischen Chronologie, t. II (Leipzig, 1911), p. 585. — (11) EUSEBII PAMPHILI Chronicæ canones latine vertit, ad sua tempora produxit S. EUSEBIUS HIERONYMUS, ed. Ioh. Knight FOTHERINGHAM (Londinii, 1923), p. 301. — (12) FOTHERINGHAM, t. c., p. 302. — (13) NICEPHORI archiepiscopi Constantinopolitanæ opuscula historica, ed. C. DE BOOR (Lipsiae, 1880), p. 130. — (14) Qui mense auguste anni 1915, flagrante bello universal, a sicariis mohammadanis fidem eiurare iussus, vitam pro Christo fortiter profudit. — (15) Addæi SCHER, operam confe-

AUCTORE *lia periere, in quibus historia perduebatur usque
P. P. ad tempora Valeriani et Gallieni imperatorum.*
*In primo autem folio quod servatum est, sive pa-
gella 38, haec narratio legitur cum praefixo lem-
mate (1):*

موت اولیفرا نیوس ^۱ الملک

يسكوها. وكثير النصارى في بلد الفرس بهذا السبب
وينتسب الديارات والبلع. وكان فيهن كهنة سبوا من
اضطلاع فسكنها جندىسابور واختاروا اذق^۱ الاضطلاع
فجعلوه سقفا عليهم لأن ديعطريوس فطرك اضطلاع اتعل
ومات من الفم. وكان قد خرج منها قبل هذا النبي
الثانية مهاد الفباء على اضطلاع سهلان وخطا
^۱ *Hic et infra corruptum ex فوئاده conicit*

طر کما فولی الشمشاطی . وقد شرح دانیال بن مریم
بجزه شرحا بليغا . و بنی ساور اياضاً مدينة بشکر
سماعها حرس شابور و اسكنتها قوماً من أهل المشرق .
كان السبب في بنائها انه كان لا قصد فارس اجتاز في
رة بشکر فرأى شيئاً كثيراً يتقطع حطباً . فغير الملك
وأسأله عن بلده ونسنه وهل عكنت ان ينـي ، في هذا

rente I. PÉRIER, *Histoire nestorienne inédite*, (*Chronique de Séerl.*), in *Patrologia Orientalis*, t. IV, p. 215-313. Pars altera, adiuvante P. DIN, prodit ibidem, t. V, p. 219-344, an. 1910; tertia tandem, an. 1919, post editoris necem curis R. GRIVEAU inserta est in t. XIII, p. 437-639.
 — (1) *Patrologia Orientalis*, t. IV, p. 220-23; cf. *Anal. Bolt.*, t. XLII, p. 294-95. Seru compertus ad hunc locum nonnullas emendationes propositas fuisse a viro docto C. F. SEYBOLD, quae partim cum nostris concordant; vide *Zeitschrift für den Deutschen Morgenländischen Gesellschaft*, t. LXVI (1912), p. 745-46. De *Chronico Seuerensi* eruditissimè disseruit v. d. E. SACHAU, *Vom Christentum in der Persis*, in *Sitzungsberichte der Kgl. Preussischen Akademie der Wissenschaften*, 1916; idem praesertim, p. 963-65; cf. Id., *Zur Ausbreitung*

الوضع مدينة. فقال له الشيخ : « ان امكن ان اتعلم انا الكتابة على كبر سني بيهان ان تبني هاهنا مدينة » فامر الملك ان يعلم الشیخ علم الجوسیة ويقدم الى معلمي الزمرة بالمعنیة الى ان يرجع من اصطخر قتلام الشیخ وبنی ریانشهر^١ التي هي کرمي البدان وكثروا بالشرق وبنی ریانشهر^٢ التي هي مطارنة فارس يعtan وسیت واحدة بیعة الروم والآخری کرمانون وكان يصلی فيها بالیونانية والسرریانیة. وعوض الله الرور عما حلّ لهم من السبی والمودیة بما صاروا فیه من حسن الحال وعظیم امرهم في بلادهم اعنی بلاد الفرس وحصلوا باکثر ما كانوا فيه من طیب العیش في بلادهم. ولم یصلهم الله کما قال النبي لبني اسرائیل یعنیهم عند اکتاف عنانک سنجاریب عليهم وسیمه العشرة الاسباط وانقطاع رجائهم فقال لهم : « ان نیتی الراو جینها ومل ترحم حشاها وجاز ان تنسی فانی لا انساک، فهوذا قد کتبتك على يدي واسوارك^٣ قدامی داما » وکا قال داود : « وکثیر^٤ لهم رحمة عند من سباهم » ورزق الله هاولاء الروم محیة الفرس لهم واقتوا ارضین بغیر ثمن واتشرت بهم النصرایة في بلد المشرق ..

Mors Valeriani (2) imperatoris.

9. Anno undecimo (3) regni *<su>* Sapor Artaxer-
sis filius ad Romanorum regiones contendit,
in quibus diu remansit ; complures urbes evertit,
Valerianum imperatorem devicit captivumque
cepit ; et cum eo ad Nabathaeorum (4) terras
venit. Qui maerore confectus ibi mortuus est. Et
ad sedes suas reverterunt patres quos maledictus
Valerianus execravit. Sapor autem e Romanorum
terra digressus cum captivis, hos collocavit in re-
gionibus Babyloniae (5). Huzafrnae (6) et Per-

Demetria-
nus a
Sapore

cum Antiochenis captinis

*llungen
chäften,
c loco
nctam
sti 252/
esse ex
r (vide
loc. c.,
in apud
oco ubi
es quo
AT-TA-
RTH et
9-1881,
5) Ara-
um est
-sidis.*

*In Baby-
loniam
abductus;*

A sidis, atque in urbibus quas considerat pater eius. Ipse quoque tres urbes condidit, quibus nomina assignavit ducta a nomine suo : e quibus unam in terra Maišān quam appellavit Sad Sapor (1) quae est coenobium Mīhrāq (2) : alteram in regione Persidis (3) quae usque ad hanc nostram aetatem appellatur Sapor (4). Et denuo aedificavit Bendosabora (5) quae diruta fuerant eaque appellavit Antisabor (6), quod nomen compositum est e greco et persico, et significat : « Tu esto pro Sapore ». Tertiam urbem aedificavit ad Tigrim, quam appellavit Murūhābūr (7) ; haec est 'Okbarā (8) eiusque vicinia. In his porro urbibus collocavit populum ex captiis ; quibus terras largitus est quas colerent domosque in quibus habitarent. Hac igitur causa in regione Persarum christiani numero increverunt : monasteria et ecclesiae aedificatae sunt. Erant autem inter eos sacerdotes qui Antiochia captivi fuerant adducti. Hi Bendosaboris conserderunt, elegeruntque Azdaq (9) Antiochensem, quem sibi episcopum constituerunt, nam Demetrius patriarcha

*Bendosa-
borum
ecclesia*

Antiochenensis maerore confectus obierat. Hic enim iam ante secundam hanc captivitatem (Antiochia) excesserat. Et Antiochiae patriarcha, postquam captivus abductus est Demetrius eius patriarcha, factus est Paulus Samosatenus ; cuius historiam facunde percutus est Daniel Mariae filius. Aedificavit quoque Sapor urbem in Kaškar (10), quam appellavit Ḥasar-Šābūr (11), in eaque collocavit populum ex orientalibus. Huius aedificandae eius modi causa fuit (12). Cum (rex) in Persidem contendenter, pertransiit per Kas'arae solitudinem ibique senem conspergit aetate proiectum, qui ligna colligebat. Rex autem, mutato habitu, eum de patria et genere percontatus, interrogavit num in isto loco urbs aedificari posset. Dixit ei senex : « Si ego, utcumque sum aetate gravis, litteras discere possum, aedificandae urbis in hoc loco tu manum admove. » Tunc praecepit rex ut senex magorum disciplinam doceretur et superstitionis magistros assidue conveniret, donec ipse Persepoli (13) redux esset. Itaque edoc-

AUCTORE
P. P.
*a Graecis
exsilibus
condita;*

fidem christianam in Babylonia apud Huzaínos primas radices fixisse. Cf. Comm. praev. ad Passionem S. Isbozetae, supra, p. 194, et seq. Ubi tamen, p. 200, annot. 3 non dicendi erant Melchitae Huzaíni ab Arabe Maqdisi memorati fuisse ; qui loc. c. non christianos designat sed sectatores Málík ben Anas mohammedanis. — (1) Legge : Sādū Šābūr, phalavice Sādū-i Šāhpūr, urbem Mesenae quam a Sapore Artaxeris filio conditam refert Tabari ; qui addit illam « nabathaeo sermone » Raimā appellari. *Annates*, t. c., p. 830 ; cf. p. 386, annot. 4. — (2) Legge : Mīhrāq. Teste bar Bahlul : Erat Raimā locus regionis Phorathi in Mesene, provinciae Bassorense, episcopi sedes ; quae Dār Mīhrāq appellatur (*Lexicon syriacum*, ed. Rubens Duval, t. III, p. 1899). Addit bar 'Ali ecclesiam Raimā sui iuris fuisse neque ullius metropolitae dicioni subiacere (vid. Payne Smith, *Thesaurus syriacus* i. v.) Attamen in synodo anni 410 nominatur Raimā inter sedes archiepiscopi Kaskarensi subiectas. J.-B. CHABOT, *Synodicon Orientale ou Recueil de synodes nestoriens*, in *Notices et extraits des manuscrits de la Bibliothèque Nationale*, t. XXXVII (1902), p. 272 ; cf. *Anal. Boll.*, t. c., p. 298. — (3) I.e. in proprie dicta Perside (Pārs) ad austrum Mediae. — (4) Haec est urbs Šābūr in persica provincia Kazerun, ubi hodieque imagines Saporis de Valeriano triumphum agentis in rupibus excultae cernuntur, opere praegrandi neque indecoro, quod romanae artis speciem refert. Vide infra, num. 11 ; *Anal. Boll.*, t. c., pp. 299, 308. De his monumentis, praeter alios non paucos consuli possunt : Ch. TEXIER, *Description de l'Arménie, la Perse, la Mésopotamie*, t. II (Paris, 1852), p. 206-208, pl. 146-48 ; Th. NÖLDEKE, *Encyclopaedia Britannica*, i. v. *Persepolis*, ed. 11, t. XXI, p. 185-86 ; F. SARRE, *L'art de la Perse ancienne*, interprete P. BUDRY, in *L'Art de l'Orient* (Paris, 1921), tabula 75. — (5) Gūndāsabūr, syriace Beth Lāpāt ; cf. infra, num. 12, et *Anal. Boll.*, t. c., p. 299-300. Vide etiam J.-B. CHABOT, *Synodicon Orientale ou Recueil de synodes nestoriens*, in *Notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque Nationale*, t. XXXVII (1902), p. 668. Nomen urbis interpretati sumus ex greco : Βενδοσά-βόρων τῆς πόλεως ; THEOPHYLACT. SIMOCATTA, *Hist.*, I. III, 5, 2, ed. C. DE BOOR (Lipsiae, 1887), p. 117. De persica eius forma vide J. MARQUART, *Erānšahr nach der Geographie des Ps. Moses Xorenaci*, in *Abhandlungen der Kgl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen*, N. F., t. III, 2 (1901), p. 145. — (6) Nomen urbis « parthicum », sive pahlavicum, videtur fuisse : Weh Antijok-i Šāhpūr, « Melior Saporis Antiochia ». Inde populari quadam corruptela factum est persice :

جَزْرَةُ الْأَنْدَهِيْلِكِ، Beh az Andeh-i Šābūr (Ta-

BARI, *Annales*, ed. NÖLDEKE, t. c., p. 831 ; *Hamzæ Ispahanensis Annalium libri X*, ed. I. M. E. GOTZWALDT, t. I, Petropoli, 1844, p. 49 i.e. « Melior quam Antiochia est (urbs) Saporis » (vide MARQUART, *Erānšahr*, p. 145 ; cf. NÖLDEKE, *Geschichte der Perser*, p. 41-42, annot. 2). Reliqua excoxitavit graeculus quispiam putidius quam mendacius. — (7) Legge cum Seybold : Buzār Šābūr. Cf. NÖLDEKE, *Geschichte der Perser*, p. 57, annot. 5, p. 500-501 ; *Anal. Boll.*, t. c., p. 301. — (8) 'Okbarā, in minore Tigri, ad Orientem urbis Baghdād. Vide Iāqūr, t. III, p. 705, qui Ḥamzā Ispahanensem antestatur. 'Okbarā sedes fuit episcopalis quam memorat Elias Nisibenus (*Opus chronologicum*, ed. E. W. BROOKS, *Corp. Script. christ. orient.*, Ser. syr., textus, ser. 3, t. VII, 1910, p. 72), Maris ben Sulāmīn (H. GISMONDI, *Maris, Amri et Silvae, De patriarchis nestorianorum commentaria*, Pars prior. Maris textus arabicus, Romae, 1899, p. 118) aliisque. Vide etiam SACHAU, *Zur Ausbreitung des Christentums*, I. c., p. 35. — (9) V. d. E. SACHAU exemplo fretus quod legit apud CHABOT, *Synodicon Orientale*, p. 43, rescribendum concitat. Vix tamen hoc nomen esse potuit. Graeci hominis e terra Antiocheni. Infelicior etiam nostra nostra conjectura est in *F. Anal. Boll.*, t. c., p. 311 ; nam Hierax ille Antiochiae aerat in synodo anni 267 (de qua supra, num. 6). Miramur nunc qua mentis evagatione nos fugerit legendum esse *Eudocium*. Adverte cum Demetrio episcopo in hieronymianis annuntiari *Eustochium* aliquem. — (10) Vide infra, num. 13. — (11) Omnino rescribendum cum SEYBOLD Hosraū Šābūr. In nomine quidem nulla difficultas. Hosraū Šābūr, vulgo Hossābūr, vicus fuit non procul ab urbe Kaskar (Iāqūr, t. II, p. 442), qui regionis locus praeceps fuit, donec saeculo VIII ineunte principatus ad illam urbem translatus est (ibid., t. IV, p. 274). Sed Hosraū Šābūr neque inter urbes a Sapore conditas neque in serie sedium episcopalium usquam hactenus comparuit. Videndum est igitur num fortassis nomen eius hoc loco subrepsert pro Šābūr Ḥuāst, quod apud scriptores arabicos legitur in eadem narratiuncula. Vide annot. in sequentem, et *Anal. Boll.*, t. c., p. 301-302. — (12) Historiuncula quae sequitur ipsa fabula est sensis Bel, quam de origine urbis Bendosaborum rettulit TABARI, *Annates*, t. I, p. 830-31. Peracute iudicavit Nödeke conjectam hanc fuisse ex syriaco nomine Beth Lāpāt (*Geschichte der Perser*, p. 41-42, annot. 2). Chronographus igitur Seertenista illam detorsit aut ab alio depravatam accepit. — (13) Arabice : *Iṣṭabri*, urbs notissima Persidis. Hoc etiam nomen, quod a Tabari omissum est, ostendit fabulam de urbe Hosraū Šābūr non primum narratam fuisse. Contra, inter Persepolin et Bendo-

-tus

AUCTORE
P. P.
ab iisdem
fides in
Oriente
propagata.

tus est senex, et urbs aedificata fuit. Christiani autem in alias regiones sparsi sunt et in Oriente numero increverunt. In Eranšahr (1) quidem, quae sedes est metropolitarum Persidis, exstructae sunt ecclesiae duae, quarum una Romanorum ecclesia appellata fuit, altera Caramaniorum (2), et in utraque (3) oratio fiebat (lingua) graeca et syriaca. Deus autem Romanis damnum quod illis ex captivitate et servitute acciderat, prospera fortuna compensavit qua usi sunt. Invaluerunt res illorum in eorum regionibus, regiones dico Persarum, factaque est eorum vita felicior quam in eorum patria. Deus eos non dereliquit sicut filii Israel dixit prophetes ad eorum consolationem, cum urgenter eos exercitus Sennachereb, isque decem tribus captivas abduceret, et spes illis adempta eset. Dixit igitur iis: « Si obliviscatur mulier fetus sui, eamque viscerum suorum non misereatur, huic licet esse obliuiose: ego vero non obliviscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te, et muri tui (4) coram me sunt semper (5). » Quemadmodum etiam dixit David: « Multiplicavi (6) illis misericordiam apud illos qui captivos eos duxerant (7). » Conciliavit Deus Romanis illis Persarum amicitiam. Terras gratuito possederunt, atque per eos religio christiana in regione orientis propagata fuit.

Narratio-
nis auto-
ritatem
confirmant

B
10. Haec scriptor nestorianus, qui opus suum videtur consarcinasse non multo post annum 1036 (8). De fontibus unde hauserit inquirere otiosum est, cum ipse hoc loco antestetur Danielem ben Mariam, quo alias item auctore usus est. Daniel ille quidem ben Mariam, syriace bar Mariam, sive Mariae filius, floruisse compertus est dimidio circiter saeculo VII (9). Praeter alia opera syriaco sermone, quorum vestigia supersunt, historiam ecclesiasticam scripsit, in qua de martyribus a Sapore II interfectis eum exposuisse referunt Amrus (10) et ipse innominatus noster (11). Donec aliud certa indicia suadebunt, credendum est Daniele Pauli Samosateni gesta non in singulari quodam libello sed in historia illa persecutum esse. Cum ista igitur narratione proxime cohaerent quae de Antiochiae excidio et Demetrianī captivitate hic memorantur. Utriusque igitur mentionis eadem origo sit. Sed quacunque via in Chronicō Seertense permanarunt, liquido con-

C
sabora sita erat urbs Sābūr Huāst, cuius mentio occurrit in altera narratiuncula de origine Bendosaborum, quam saeculo iam IX retulit ibn al-Faqih (apud Iāqūr, t. II, p. 130). Videtur itaque noster hanc repperisse in pleniore quodam commentario de urbibus Sapore conditis et omnia permisuisse. — (1) Lege Rev Ardašir, arabice Rīšahr sedes metropolitana proprie dicata Persidis, ad ripam Tāb maioris; distinguenda ab urbe Rēšir, ad oram sinus Persici. Vide CHABOT, *Synodicon Orientale*, p. 681; MARQUART, *Eranšahr*, p. 147; cf. p. 27; SEYBOLD, *Orientalistische Literaturzeitung*, t. VII (1904), p. 394; Id., *Zeitschrift der Deutschen Morgenl. Gesellschaft*, t. c., p. 746; cetera. — (2) Rescribit Seybold: *Syrorum*, سریان. Sed minime probabile est librarium in hoc nomine errasse, praesertim cum idem in versu sequenti recurrat. — (3) Liquido id verba sonant, sed invito scriptore qui dicere voluit: « in altera graece, in altera syriace oratio fiebat ». — (4) Cod.: *mysteria tua*. — (5) Cf. Is. 49, 15-16. — (6) Cod.: *scripsi*. — (7) Psalm. 105, 46. — (8) SEYBOLD, l. c., p. 743. — (9) Vide

D
stat in graecum quempiam fontem illa tandem re-fundenda esse. Quis enim credat nestorianum aliquem saeculo undecimo, in montibus Corduenis, easi incidiisse in genuinum nomen episcopi, qui regnante Valeriano imperatore ecclesiam Antiochensem reapse administrabat? Nec nisi a probato quodam auctore monitus cavere potuit ne Valerianum Antiochiae in ipso oppido a Persis captum dicaret; quae falsa opinio apud Persas obtinuit (12) et nostra etiam actae ab aliquot viris doctis prono quodam errore circumfertur (13). Quin immo novit Antiochiam intra paucos annos a Sapore I bis fuisse expugnatam (14): quod certis rationibus historicis recentiores demonstrarunt, eti apud veteres scriptores geminatae huius irruptionis memoria plerumque obscurata fuit. Demetrianum autem non una cum Valeriano, sed in prima urbis expugnatione in manus hostium incidisse, nullus praeter nostrum auctor tradidit. Sed vel ex sola stilli oscitantia, qua haec obiter et praepostere memorantur, manifestum est a chronographo alienum testimonium proferri, non fictionem quam ipse ultero excogitaverit. Hacenus igitur constat Demetrianī historiam e fonte quodam optimae notae, Antiocheni vel certe graeco, fuisse desumptam.

E
11. Minus probabile est Graecorum in Perside monumen-ta profana

vel Babylonia exsulantium fata patrii eorum litteris umquam fuisse consignata. Unde igitur Daniel bar Mariam, an quis alius, hanc narrationis partem accepit, non constat. Haec tamen sibi luculentē fidem facit. Quam apte cohaerent cum ecclesiae regnique Persarum historia, latius fortasse quam res poscebat ostendimus in Analectis Bollandianis (15). Neque operae preftum est in quaestione tam aperta longius immorari. Conclusionum haec summa esto: Graecorum (16) pariter et orientalium testimoniorum constat eversae urbis Antiochiae finitimaque regionis incolas plurimos a Sapore I captivos fuisse abductos: quos rex Persarum more barbaro gentis sue variis regni provinciis quasi colonos destinavit. Idem confirmant monumenta et aedificia ab illo erecta, in quibus romanorum opificum ars et manus hodie agnoscuntur (17). Ipsi Arabes mohammedani, qui inde a saeculo IX, de rebus Persicis scripserunt, urbes memorant quas Sapor in Huātāna praesertim et Susiana partim condidit, partim restituit aut amplificavit ut graecos exsules in iis collocaret (18). Horum

F
A. BAUMSTARK, *Geschichte der syrischen Literatur* (Bonn, 1922), p. 207. — (10) Ed. H. GISMONDI, *Maris, Amri et Slibae, De patriarchis Nestorianorum commentaria*, Pars altera: *Amri et Slibae textus* (Rome, 1896), p. 26. Interrogari potest num hanc mentionem quae apud Marin non legitur, Amrus ex Chronicō Seertensi fortasse desumpserit. Res haec explorata non fuit. — (11) Ed. SCHER, t. c., p. 289. — (12) NÖLDEKE, *Geschichte der Perser*, p. 32, annot. 4. — (13) Cf. *Anal. Boll.*, t. XLII, p. 310, annot. 2. — (14) NÖLDEKE, t. c. — (15) T. c., p. 297-309. — (16) ZOSIMUS, Lib. I, c. 27, ed. I. BEKKER (Bonae, 1837), p. 27; cf. SACHAU, *Vom Christentum in der Persis*, t. c., p. 961, annot. — (17) Th. NÖLDEKE, *Aufsätze zur persischen Geschichte* (Leipzig, 1887), p. 94; SARRE, *L'art de la Perse ancienne*, t. c., p. 36-37; JUSTI, *Geschichte Iran's*, in *Grundriss für iranische Philologie*, t. II, 3 (1897), p. 519; cf. *Anal. Boll.*, t. c., pp. 299, 308. — (18) Cf. *Anal. Boll.*, t. c., p. 298 et seq. Bendosaboris (Beth Lāpāt), anno 375, sanctorum martyrum Abdae et Ebediesu

testimonia

A testimonia praecipua superius ad narrationem chronici Seertensis annotavimus; cum qua in plerisque ita concordant, ut illas a chronographo carptim et indiligenter exscriptos fuisse credideris. Sed christianum scriptorem a moslemis se doceri voluisse prope inauditum est. Utique faciliter contingere potuit ut Arabes qui persicas antiquitates investigarunt, syros auctores legerent, eos praesertim qui ante natum Mohammedem floruerant. Veri tamen multo similius est rerum a Sapore gestarum famam, quae non in memoria tantum vulgi inoleverat, sed ipsi quodammodo locis ac monumentis haerebat, et parthico etiam sermone in heroicis fabulis celebrata fuit, bifurea via hinc ad arabicos historicos inde vero per syrum quemlibet auctorem ad Seertensem pervenerit. Sed de his satis. Certiora fortasse nos docebunt qui horum omnium fontium minutissimos quoque rivulos indagaverint. Ad rerum narratarum fidem quod attinet, haec in dubium revocari non potest.

et ecclesiastica,

12. Neque minus apposite consonant historia persicae ecclesiae. Si parumper omittantur pia figura menta quae posteriori aetate pullularunt, indicia permulta luce clarius ostendunt dimidio saeculo III christianam religionem in Assyria meridionali nondum propagatam fuisse. Cum igitur Antiochenes captivi Bendosaboris considerant, nullum projecto, in urbe praesertim recenti, episcopum repperunt. In graeca illa colonia, graecam ecclesiam a Demetriano (1) conditam fuisse, cui vita functo alius Antiochensis successerit, non modo suspiciosum non est, sed cum rerum veritate apprime cohaeret. Urbs Bendosabora, pahlavice **پهند**, Beth Lāpāt, appellare malebant, Graeci autem πόλιν Βηλαζατόν (2), inter ecclesias persicae metropoles praecipuum quandam locum semper obtinuit (3), non tamen primum quem sibi vindicavit episcopus urbium regium (4). Neque enim alter evenire poterat. Sed tunc adeo cum Seleuciae et Ctesiphonis episcopus catholicus factus est totius Orientis, nullius iurisdictionis obnoxius, christiani Syro-persae numquam obliti sunt ecclesiam suam Antiochensis ecclesiae filiam esse, a qua traducens hierarchicas potestatis accipere debuisset. Et ne qua inde sue libertati vindicatio imminaret, fabulosum quoddam rescriptum commenti sunt, quo « patres occidenta-

les » antiquitus iam sanxissent catholicos Seleuciae non iam cogendos esse ut cum vitae discrimine ad patriarcham Antiochensem adirent qui manus illis imponeret (5). Unde patet moris olim fuisse ut Persarum metropolitae ab Antiocheni patriarcha consecrarentur. In hanc disciplinam, quam apte quadret nostri Demetriani historia nemo est qui non videat.

13. Reliquae autem urbes, quae si chrono Seertensi fides est, graecos captivos exceperunt, sedes etiam fuerunt episcopales, aliae altis iuribus ac praerogativis pollentes quae antiquitatis esse solent insignia. Inter has omnes dignitate praecellebat ecclesia Kaskarensis, quae in hierarchia syro-persica uni metropoli Seleuciae et Ctesiphontis secunda erat (6). Iamvero Archelaus ille qui anno circiter 270 vel 271 in Mesopotamia contra Manetem disputationem habuit a Socrate dicitur fuisse Καρχάγον επίσκοπος (7). Hoc nomine certe potest intellegi tractus Kaškar, ubi christianorum coloniam a Sapore collocatam memorabat auctor, quem parum diligenter videtur legisse chronographus Seertensis (8). In libello synodico anni circiter 880, quem ex Iohanne Pappo afferit Carolus H. Beeson (9), idem Archelaus appellatur episcopus Καρχάγον: quae nominis forma potius faveat sententiae Conradi Kessler (10) qui mavult hanc Manetis coniunctionem habitan fuisse in urbe Karkā de Maišān, sive Šād-i Šahpuhr (11), quae a Graecis olim dicebatur Σαρασίνον Χάραξ (12). Neutri sane interpretationi repugnant quae de altercatione Archelai cum Manete retulerunt Cyrus Hierosolymitanus, Epiphanius, Hieronymus (13). Ultralibet probabilior est, ex ea colligitur eodem circulare tempore quo Bendosaborum ecclesiam a Demetriano institutam fuisse legimus in Chronico Seertensi, in vicina Babyloniae provincia ubi alti captivi Antiochenes considerant, exstissem alterum episcopum graecum, qui sane nulli Syro succedere potuerit, et sedis suae projecto conditor fuisse credendus sit. Quid ad confirmandam chronographi nostri narrationem accommodatus? Sed antequam hoc testimonium accipietur, excludendae sunt dubitationes doctissimi viri Theodori Nöldke qui negat Archelaum cum Manete congressum esse in Babyloniam, et nomine Καρχάγον designatas conicit Charras (Harran) in Mesopotamia (14). Quae disputatio lon-

AUCTORE
P. P.

quae
persicae
hierarchiae
origines,

funus curaverunt ۱۷۰۰ ق هـ، captivi ex Romanis, verbum et verbo: filii captivitatis Romanorum (ASSEMANI, *Acta martyrum orientalium*, p. 159). Haud temere intelligi possunt nepotes Graecorum a Sapore I quondam illuc abductorum. — (1) Qui narrationis verba nimium presserit, subdubitare potest num, superstite Demetriano, graecorum exsulorum colonia Bendosaborum primum considererit. Sed veri parum simile est episcopo successorem non eo loco electum fuisse in quo ipse obiisset. Neque rem aliter expositam legerunt recentiores scriptores qui memorabuntur infra, §§ 16-18. — (2) PROCOPIUS, *De Bello Gotlico*, IV, 10, ed. J. HAURY, t. II (Lipsiae, 1905), p. 532; cf. supra, num. 9, p. 387, annot. 5. — (3) Synodus an. 410, can. 21, apud CHABOT, *Synodicon Orientale*, t. c., p. 33. — (4) Synodus an. 410, l. c., cf. SACHAU, *Christentum in der Persis*, t. c., p. 969. — Id., *Zur Ausbreitung des Christentums*, l. c., pp. 15, 39. — (5) MARIS, ed. GISMONDI, op. c., t. I, p. 5; 'AMR et ŠLIBA, ibid., t. II, p. 4; BARHEBRAEUS, *Chronicon ecclesiasticum*, ed. I. B. ABBELOOS et Th. J. LAMY, t. II (Lovanii, 1874), p. 26. Ridicu-

lum istud commentum magno nisu explosit B. BOLOTOV, Что значит о начале христианства в Персии история? in Христианско Чтенie, 1901, p. 100-111; cf. LABOURT, *Le christianisme dans l'empire Perse sous la dynastie sassanide* (Paris, 1904), p. 11-12. — (6) Synodus anni 410, canone 21, CHABOT, . c. — (7) Historia ecclesiastica I, 22, ed. R. HUSSET (Oxonii, 1859), p. 128. — (8) Vide supra, num. 9, p. 387. — (9) HEGEMONIUS, *Acta Archelai*, ed. C. H. BEESON, in *Die griechischen christlichen Schriftsteller der ersten drei Jahrhunderte*, t. XVI (Lipsiae, 1906), p. xiii. — (10) K. KESSLER, *Mani, Forschungen über die Manichäische Religion*, t. I (Berlin, 1889), p. 87-97. Huius opinioni consenserunt alii docti, J. LABOURT, *Le christianisme dans l'empire Perse*, p. 20; A. VON HARNACK, *Mission und Ausbreitung des Christentums*, t. II, ed. 4 (Lipsiae, 1924), p. 690. — (11) Vide supra, p. 387, annot. 1. — (12) KESSLER, l. c. MARQUART, *Erānšahr*, p. 41. — (13) Horum testimonia vide apud BEESON, t. c., p. ix-xii. — (14) Zeitschrift der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft, t. XLIII (1889), p. 540-41.

-gioris

AUCTORE
P. P.

*fabulis
nondum
obscuratas
exhibent.*

goris est sermonis, et ad praesentem quaestionem parum necessaria. His enim omnibus minoribus indicis clarior est veritatis nota quae ex ipso totius narrationis argumento emicat.

14. Et re quidem vera cum saeculo V ecclesia Persica a dictione patriarcharum Antiochensis eximere se voluit, suppetas ei venerunt hagiographi, qui a S. Mari discipulo Addaei apostoli conditam illam dixerunt. Nec defueri qui evangelium in Babyloniam ab ipso Addaeo praedicatione repete. Quis igitur non sentiat se in pretiosum quoddam antiquitatis vestigium incidisse, cum in nestoriana farragine sequioris aetatis, fidem christianam a graecis exsulibus eorumque posteris inclinante saeculo tertio in Perside propagatam legit, urbis Bendosaborum, quae etiam urbs regia fuit (2), ecclesiam ab illis exsulibus conditam esse; pri-

mum eius pontificem fuisse Antiochensem, qui reapse Antiochiae sedebat, cum Sapor Syriam invaserit, et huic episcopo successisse alterum Antiochensem. Mitto cetera, quae superioris iam indicata sunt. Projector scriptor nestorianus haec narrans, nec somnia sua effutus, nec cantilenam refert in scholis circulise auditam, sed fragmentum excribil genuinae cuiuspiam historiae quae casu deperit nisi consulto artificiosis fabulis oppressa est.

Chrono-
graphi re-
centiores

*15. Sive ex eodem fonte, sive ex alio quodam Demetriani eiusque civium in Persico exsilio fata reser-
vavit saeculo XII Māri ibn-Sulaimān; qui tamen horum memoriam translaticis illis figurantis accommodavit. Haec eius verba in Libro Turris (3) :*

... وفي أيامه بدا يكتب الأقلسيطيات. وخرج

في أول رياسته هرمزد بن اردشير إلى نواحي المغرب.

وقيل في حكاية أخرى انه سابور. وقد انطاكية وما

يقرب منها واقع بابها وسي منها سبيا كثيرا وخلفا

من الأساقفة والمؤمنين وفدرك انطاكية وأسمه دامطريوس

وصار بهم إلى الأهواء وبني لهم مدينة مهاها جندي

سابور واسكنهم فيها. قيل له: «انت فدرك انطاكية

تسبي باسم الفطركة وتثير من معك من السي». «

قال: «معاذ الله ان افل ما ليس هو لي بحق ولا

اعطايه روح القدس ولا سلطني عليه». وكان فاما

الجاثيت اطلق له ان يسمى بالقطريكة كا كان بانطاكية

ويدير امور اهل السي معه فامتنع فجعله حينيذ مطران

جنديسابور وصاحب اليمن عند الاجتماع والتقدم في

اسيميد الشاتقة.

Demetriani 16. Eius aetate annales ecclesiastici (*ἐκκλησια-
memoriam, στοιχίου*) conscribi coepit sunt. Administrationis

(1) Vide LABOURT, *Le christianisme dans l'empire perse*, p. 10-15; BOLOTOV, in *Христианское
Чирмие*, t. c., p.137 sq. — (2) Vide P. SCHWARTZ,
Iran in Mittelalter nach den arabischen Geogra-

eius initio Hormizd Artaxerisis filius ad Occidentis partes prefectus est. In aliis narrationibus de Sapore id dicitur. Et Antiochiam petens eiusque viciniam, incolas earum adortus est, e quibus plurimos captivos duxit, turbam multam episcoporum atque fidelium cum Antiochiae patriarcha nomine Demetrio. Quos in regionem Huzaenorum adduxit; iisque urbem aedificavit, quam Bendosabora appellavit iisque incolandam dedit. Porro (Demetrio) dictum est: « Tu Antiochiae patriarcha es. Patriarchalis tibi titulus esto; et eos qui tecum captivi abducti sunt administrare. » Qui dixit: « Me custodiat Deus ne faciam quod mihi non fas est neque a Spiritu Sancto datum est. » Atqui permisera ei Papas catholicus ut patriarchae titulo appellaretur, sicut Antiochiae solebat, et una secum exsulum negotia administraret. Id autem facere recusavit. Tunc (Papas) eum creavit Bendosaborum metropolitam eique sedem dexteram assignavit in synodis et primas partes in catholicorum consecratione.

E

17. Marin secuti sunt in sua epitome Libri Turris 'Amr ben Mattā et Ṣalībā ben Iohānnā; qui opporte meminerunt nullum fuisse Hormizd Artaxerisis filium, et mentionem eius deleverunt. In reliquis, more suo, ducis vestigia sic presserunt ut manifestum sit nullo eos alio documento usos esse. Hos etiam audiamus (4):

nullo
documento-
fretti.

وفي أيام هذا الاب خرج شابور الى بلاد المغرب وقتل ايضا وسي واحق وتوجه الى بلاد الروم وقد انطاكية وسي اهلاها وحصل في السبي دامطريوس الفطرك وجماعة من الاساقفة وحمل الجميع الى الاهاوز وبني لهم مدينة ومهماها جنديسابور وحيث حصل الفطرك هناك تقدم فاما فطرك المشرق اليه وسائله ان يجلس في الكرسي ويدبره مدة حياته فامتنع ولم يفعل. فقال له: « دير من معك من السبي كجاري عادتك في الفطركة ». قال: « معاذ الله ان افل ما لم تعطيه روح القدس لان الرايسه بالشرق هي لقا ليس لي ». فسألته فاما ان يتسلم مطرنة جنديسابور وقدمه على ساثور مطرنة المشرق وصبه صاحب اليمن وان يكون المستولى لعقد الفطركة لن يقع عليه الاختيار وبقي هذا الرسم الى الان.

F

18. Huius patris aetate, Sapor in partes Occidentis egressus, (illuc) etiam stragem fecit, captivos egit, incendiis saevit. Et ad Romanorum regiones iter convertens, Antiochiam contendit, eiusque incolas captivos abduxit. Incidit autem inter captivos Demetrius patriarcha cum aliquot ex episopis. Quos omnes (Sapor) in Huzaenam transportavit, iisque urbem condidit, quam Bendosabora appellavit. Ut autem illuc advenit patriarcha, obiviam ei processit Papas Orientis patriarcha eumque rogavit, ut in cathedra con-

*phen, IV, in *Quellen und Forschungen zur Erd- und Kulturkunde*, t. IX (Leipzig, 1921), p. 346 et sq. — (3) Ed. GISMONDI, op. c., t. I, p. 8. — (4) GISMUNDI, op. c., t. II, p. 14.*

-sideret.

A sideret eamque aetatis suaec tempore administraret. Renuit ille neque sic egit. Dixit ei (Papas) : « Captivos qui tecum sunt administrata, sicut tibi mos est, cum sis patriarcha. » Dixit ille : « Me custodiat Deus, ne id agam quod mihi non concessit Spiritus sanctus ; nam in Oriente regimen ad Papam pertinet, non ad me. » Et rogavit Papas ut Bendosaborum metropolita esse vellet ; eum ceteris Orientalibus metropolitis anteposuit et dexterum (patriarchae) assessorem fecit, ad quem pertinebat patriarchalem potestatem ei tradere qui suffragiis designatus fuisset. Quae ordinatio ad nostra usque tempora servata est.

*figmentis
ad miscue-
runt.*

19. *Frusta operam conterat qui in tam inepta narratiuncula falso et absurde dicta scrutetur. Neque valde mirum est homines ceterum diligentes et acutos Demetriani nostri historiam cum tot deliramentis admixtam legerent aut suspectam habuisse* (1) *aut prorsus respuisse* (2). *Quamquam et nonnulli fuerunt qui vel sub istis figmentis aliquid veri latere persicerent* (3). *No-*

B *bis autem etiam istas fabulae perstringendae fuerunt, quae ostendunt quomodo Demetriani memoria labentibus saeculis immutata sit, et quem illi aspectum chronographus Seertensis daturus fuisset, si ipse primus eam ex obliuione excitasset.*

20. *Iam summatim colligamus quae ex operosa illa disquisitione comparari possunt. Sedem Antiochenensem anno 253 nondum dimidiato consendit Demetrianus, aetate tunc maturus, siquidem filium habebat, qui anno 266 vel 267 episcopus electus est nobilissimae illius ecclesiae* (4). *Anno 256,*

cum Antiochia prima a Sapore direpta fuit, in ma-

nus hostium incidit et captivus abductus est. Quatuor igitur annos sedem suam reapse oblinuit, uti refertur in chronographia Nicephori (5). *Bendosaboris conditam a se graecorum exsulorum ecclesiam aliquamdiu administravit, ibique mortuus est, incerto tempore, ante secundam Antiochiae vastationem, quae probabilius videtur brevi post Valeriani cladem accidisse* (6). *Obitus tamen eius Antiochenes fideles aliquamdiu latuit, neque mirum est ad eos hunc nuntium e tam longinqua regione per terram praesertim hostilem, flagrante bello, non pervenisse, cum ipsius Valerianus imperatoris fata in eius regno numquam fuerint auditae* (7). *Anno 260, in rescripto quo Gallienus inducias concessil ecclesiis, post Dionysium (Alexandrinum) et Pinnam, episcopum salutat Demetrium, qui haud scio an in latino exemplo unde Eusebius litteras imperatorias interpretatus est* (8) *inscriptus fuerit pro Demetriano, ut alias accidit ; nam parum probable est in rescripto nominatum non fuisse Antiochenensem episcopum. Nondum igitur hoc anno electus erat Paulus Samosatenus* ; *E* *qui tamen brevi post tempore* (9), *cum tandem constaret ecclesiam esse viduatam, sedem sive accepit sive invasit. Cum autem octo circiter post annis idem Paulus propter malefacta manu militariici eiusdem fuisset, in eius locum successit Dominus, ipsius Demetriani filius, uti iam diximus. Ab eo patris sui nomen in fastis ecclesiae pio reverenter animo inscriptum fuisse credendum est. De gloria postuma S. Demetriani, praeter mentiones pauculas quas collegimus, nihil aliud memoriae proditum fuit.*

AUCTORE
P. P.

(1) G. WESTPHAL, Untersuchungen über die Quellen und Glaubwürdigkeit der Patriarchenchroniken des Mārī ibn Sulaimān, ‘Amr ibn Matāt und Salība ibn Jāhānān, I. Abschnitt (Kirchhain N.-L., 1901), p. 62-63. Vide quae de isto loco annotavimus in Anal. Boll., t. c., p. 293-94.
— (2) BOLOTOV, op. c., Xpuchianskoe Črenie, t. c., p. 91-92, annot. 25 ; LABOURT, op. c., p. 19-20.
— (3) HARNACK, Mission und Ausbreitung des Christentums, ed. 3 (Leipzig, 1915), p. 129, annot. 3 ; G. BARDY, Paul de Samosate, in Spicilegium Lovaniense, fasc. IV (Lovani, 1923), p. 162,

annot. 1. — (4) EUSEBIUS, Hist. eccl., VII, 29 ; vide supra, num. 6, p. 385 ; Id., Chronici canones, ad olympiadis CCLXII, ann. IV, FOTHERINGHAM, p. 303 ; cf. BARDY, Paul de Samosate, p. 217. — (5) Vide supra, num. 7, p. 385. — (6) Cf. H. SCHILLER, Geschichte der römischen Kaiserzeit, t. I, 1 (Gotha, 1883), p. 820-22 ; NÖLDEKE, Geschichte der Perser, p. 32, annot. 4. — (7) NÖLDEKE, ibid., p. 33, annot. 2. — (8) Hist. eccl., VII, 13, SCHWARTZ, p. 666. — (9) Paulum Samosatenum an. 260 electum censet BARDY, op. c., p. 168-69.

F

DE S. ORESTE MARTYRE

TEMPORE
INCERTO

TYANIS IN CAPPADOCIA

H. D.

COMMENTARIUS PRAEVIOUS

S. Orestis cultus prope Tyanam. 1. Tyana, urbs Cappadociae ad montis Tauri radices, nunc Kilise Hisar, Cappadociae Secundae metropolis facta est sub Valente imperatore, qui provinciam bifurcata divisa. Cum autem et ecclesia iure dividenter, occasio haec fuit discidium inter S. Basilium et novum metropolitam Anthimum qui Taurocos redditus et Sancti Orestis proventus colligere conabatur : τὸν ἄγιον Ορέστην

τὴν ἐκκαθοδοσθαι μέγα ἐτίθετο. Ita Gregorius Nazianzenus in oratione funebri S. Basilii (1). Et hoc quidem antiquissimum est et certissimum indicium cultus S. Oresti (2) redditum in locis ubi passus est. Fertur enim martyrium consummasse ἐν χώρῳ τούτῳ ἐπιχωρός καλονυμένῳ Βάτω, ἀπό Τνάνων μίλια εἴσοσι (3), unde Ορέστης δὲ ἐν τῷ Βάτῳ passim nuncupatur (4). Basilicae Sancti

(1) BHG. 244, c. 68. De his etiam idem Gregorius in epistula 50, P.G., t. XXXVII, p. 101-104. — (2) De nomine, lege N. A. BEES, Die Inschriften-aufzeichnung des Kodex Sinaiticus

graecus 508 (976), (Berlin-Wilmersdorf, 1922), p. 36-37. — (3) Passio II, n. 12 ; Passio I, n. 9. — (4) Synax. Eccl. CP., p. 210.

Orestis